



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ordinatis si aliquis illorum percussor extiterit. cxc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

lato veritatem dicant, iusiurandum erit in medio, & illi
restem proferat de innocentia suæ puritate, cui nuda
aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu.

*De clericis conuictis & confessis, si intra annum cau-
sam suam purgare contempserint, nulla vox eo-
rū post audiatur. Cap. CLXXXVII.*

*Ex cōcil.
Africā.
cap. 46.*

Rursum cōstitutum est vt aliquoties clericis conuictis
& confessis in aliquo crimine, vel propter con-
quorum verecundia parciatur, vel propter Ecclesiæ oppro-
brium, aut insolentem insultationem hæreticorum at-
gentilium, si fortè causæ suæ adesse voluerint, & innocen-
tiam suam asserere, intra annum excommunicationis he-
faciant. Si verò intra annum causam suam purgare contem-
pserint, nulla vox eorum postea penitus audiatur.

Vt nullus ex ordinatis laico iurare præsumat.

Caput CLXXXVIII.

*Ex cōcil.
Remensi,
cap. 5.*

Vt nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quicquam
quam supra sacra, vel super sancta Euangelia iuret, sed
simpliciter cum puritate & veritate dicat, est, est, non, non
sed si est aliquid quod eis à laicis obiiciatur, ad episcopum
in cuius territorio est, deferatur: & iuxta id quod illi qui
iusdem sunt ordinis diiudicauerint, aut corrigatur, aut
purgetur.

*Si presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio,
aut furto, homicidio, captus fuerit, ab officio
suspendatur. Cap. CLXXXIX.*

*Ex cano.
apostolo.*

Presbyter aut diaconus qui in fornicatione, aut periurio,
aut furto, aut homicidio captus est deponatur: nam
tamen communionem priuetur. Dicit enim scriptura: Non
iudicat dominus bis in idipsum.

De ordinatis si aliquis illorum percussus extiterit.

Caput CXC.

*Ex conc.
Agatēsi
cap. 3.*

Si quis in aliquo ecclesiastico gradu sacratus percussus
extiterit, corripiatur accerrimè. Si non emendauerit,
deponatur.

*De presbyteris qui propter suam negligentiam de-
gradantur. Cap. CXCI.*

*Ex cōcil.
Mogūti.
cap. 40.*

Dictum est nobis presbyteros propter suam negligentiam
diacanicè degradatos, & seculariter gradu amittentes
viuere, & pœnitentiæ agenda bonum negligere. Vnde dicitur